www.e-rara.ch

# ... Methodus octo partium orationis, una cum formulis declinandi nomina ac coniugandi verba, pueris nuper musarum adyta ingressis cognitu cum primis necessaria

Susenbrot, Johannes

Tiguri, anno 1542

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: 15.355

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-681

De participio.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

*rum nostratium, his nostratibus, hos & has nostrates & hæc nostratia, ô nostrates & ô nostratia, ab his nostratibus.* Ita *Vestras. Vocatiuo tamen carere aiunt.*

## Idem compositum hoc modo inflectitur.

### In Masculino.

| | No. | Gen. | Dat. | Acc. | Abl. |
|---|---|---|---|---|---|
| Si. | *Idem,* | *eiusdem,* | *eidem,* | *eundem,* | *ab eôdē.* |
| | | | *ijsdem,* | | *ijsdem.* |
| Pl. | *Iidem,* | *eorundem,* | | *eosdem,* | *ab* |
| | | | *eisdem,* | | *eisdem.* |

### In Fœminino.

| | No. | Gen. | Dat. | Acc. | Abl. |
|---|---|---|---|---|---|
| Si. | *Eădem,* | *eiusdem,* | *eîdem,* | *eandem,* | *ab eadē.* |
| | | | *ijsdem,* | | *ijsdem.* |
| Pl. | *Eædem,* | *earundē,* | | *easdem,* | *ab* |
| | | | *eisdem.* | | *eisdem.* |

### In Neutro.

| No. | Gen. | Dat. | Acc. | Abl. |
|---|---|---|---|---|
| *Idem,* | *eiusdem,* | *eîdem* | *idem,* | *ab eodem.* |
| | | *ijsdem,* | | *ijsdem.* |
| *Eadem,* | *eorundē,* | | *eadem,* | *ab* |
| | | *eisdem,* | | *eisdem.* |

## DE PARTICIPIO.

QVid est participium? *Est pars oratio= nis flexilis, partem capiens nominis partēq; uerbi.*

Quid

Quid accipit à nomine? Genera & casus.

Quid à uerbo? Tempora & significationes.

Quid ab utroq;? Numerum & figuram.

Terminationes participiorum quot sunt? Septem. Quæ? Ans, Ens, Tus, Sus, Xus, Rus, Dus.

Quot sunt terminationes præsentis temporis? Tres. Quæ? Ans, Ens, & Dus.

Quot præteriti temporis? Tres. Tus, Sus, & Xus.

Quot futuri temporis? Duæ. Rus & Dus.

Participio quot accidunt? Sex. Quæ? Genus, Casus, Tempus, Significatio, Numerus & Figura.

Genera participiorum quot sunt? Quatuor. Quæ? Masculinum, ut Lectus. Fœmininum, ut lecta. Neutrum, ut lectum. Omne, ut hic hæc & hoc legens.

Casus participiorum quot sunt? Sex, quemadmodum & nominum. Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus & Ablatiuus.

Tempora participiorum quot sunt? Tria. Quæ? Præsens, Præteritum & Futurum.

Significationes Participiorum quot sunt? Quinq;. Quæ? Actiua, Paßiua, Neutra, Deponens, et Cõmunis. Totidẽ enim sunt uerborũ genera.

Ab actiuo uerbo quæ ueniunt participia? Duo. Præsens in ns, ut Amans, docens: & Futurum in rus, ut lecturus.

A paßiuo uerbo quot nascuntur participia? Tria. Præsens in Dus: Præteritum in Tus, Sus, Xus: & Futurum in Dus.

A uerbo Neutro quot deducuntur participia? Duo, Præsens in Ns, & Futurum in Rus, ut Stans, staturus.

A deponenti uerbo quot deriuantur participia? Tria. Præsens, Præteritum, & Futurum in Rus.

A communi uerbo quot fiunt participia? Quatuor. Præsens, Præteritum, & duo Futura, ut Criminans criminatus, criminaturus, & criminandus.

Participia in Ns unde formantur? A prima persona præteriti imperfecti indicatiui modi bam in Ns uersa.

Composita ab Eo & Queo, uertunt bam in ens.

Participia in Tus, Sus, Xus, unde formantur? A posteriore supino addita s.

Participia in Rus unde formantur? A posteriore supino, adiecta rus.

Participia in dus unde formantur? A genitiuo participij præsentis temporis, Tis in Dus uersa.

Numeri participiorũ quot sunt? Duo. Qui? Singularis, ut legens. Pluralis, ut legentes.

Figuræ

Figuræ participiorum quot sunt? *Duæ?* *Quæ? Simplex, ut Spirans. Composita, ut Respirans.*

Participia quottæ sunt declinationis? *Participia in Ns tertij sunt declinatus: in tus, sus, xus, rus & dus, in Masculino & Neutro secundæ sunt declinationis, in Fœminino primæ.*

## DE VERBO.

QVid est uerbum? *Est pars orationis, quæ modis & temporibus inflexa, esse aliquid, agereue aut pati significat.*

Quæ uoces Latinæ sunt uerba? *Omnes, quæ quippiam fieri significant.*

Quottuplex est uerbum? *Duplex. Personale & impersonale.*

Quale uerbum? *Personale. Quare? quia tribus seiunctis personis in utroq; numero coniugatur.*

*Quale personale? Substantiuum. Quare? quia essentiam sine actione & paßione significat.*

*Substantiua uerba quot sunt? Quatuor. quæ? Sum, Forem, Fio & Existo.*

*Quare est Vocatiuum? quia per illud rei nomen maxime propriũ, interim etiam cõmune declaratur.*

*Vocatiua uerba quot sunt? Quinq;. Numera. Nuncupor, Appellor, Dicor, Vocor & Nominor.*

*Quare est Adiectiuum? quia agere quippiam passiue aut utrunq; significat. Agere, ut amo: pati, ut*